





26. 5. 2, 21. 5
1569
1660, 6

DISPUTATIO JURIDICA
De
**POTESTATE
MARITALI,**

Quam
ex Consensu
NOBILISSIMI JURECONSULTORUM
ORDINIS

& sub
PRÆSIDIO
*Viri admodum Reverendi, Nobilissimi, Amplif-
simi atq; Consultissimi*

DN. FRANCISCI ROMANI,
J. U. Doct. Cod. Prof. Publ. Canonici Martis-
burgi, supremæ Curiaë Provincialis & Facultatis Juri-
dicæ Assessoris, Academiaë Patriæ Syndici
gravissimi,

*Domini Patroni, Præceptoris ac Promotoris sui
submissè devenerandi*
Publico Examine submittit

GEORGIUS Schultze / Anhaltinus,
Autor.

In Auditorio Petriano ad diem 5. Aprilis,

L I P S I Æ
Typis Hered. COLERIANORUM
A. O. R. M DC LX.

XX.

DISPUTATIO JURIDICA
DE
POTESTATE
MARITALE

NOBILISSIMO IURISCONSULTO TORNA
ORDINIS
PUB. IURISCONSULTO TORNA
IURISCONSULTO TORNA
D. FRANCOISCI ROMANI
KING. GOD. THEOPH. GARD. MARIT.
burgi, laonice Curie Provincialis & Facultatis Iur-
disce. Acad. Parisiensis Prof. Publici
Ordinarius, Tractatus de Potestate Marit.
IURISCONSULTO TORNA
Publ. Iur. Cons. Toron. Iur.
Publ. Iur. Cons. Toron. Iur.
Publ. Iur. Cons. Toron. Iur.

1771
LONDINI
A. O. M. H. J. A.



IN NOMINE DOMINI DEI AC SAL-
VATORIS NOSTRI JESU CHRISTI.

P R O O E M I U M.



ocialē animal esse hominem, do-
cet *Arist. l. 1. Pol. c. 2.* idquē probat ex so-
cietatibus hominum tūm compositis, do-
mo, pago, civitate; tūm simplicibus, qua-
rum una est *δεσποτική* Domini & servi,
alia *πατρική* Patris & liberorum, tertia
γαμήλική mariti & uxoris. Harum causā

triplex quoq; jus & potestas est consti-
tuta *l. 2. w. de stat. homin.* Dominica sc. *§. de his, qui sui vel alien.*
Jur. D. Eod. Patria, §. de Patr. potest. C. Eod. l. 3. l. seq. D. de iis,
qui sui vel alien. Jur. sunt. & Maritalis. Quæ postrema cum
quotidiana sit ac utilissima juris materia, idcirco lubuit eam
levi ac simplici tractare viā *arg. l. 25. w. de lib. leg.* & quidem
tribus membris, 1. an sit, 2. quid sit, 3. quid non sit. Qui
dedit velle, idem & posse det clementissime.

MEMBRUM PRIMUM.

Operæ pretium est, ut tractationi præmittatur quæstio: An
detur potestas maritalis? Et respondetur, quod sic. De 1.
jure quidem civili secus esse videtur, cum Imperator circa 2.
secundam principalem personarum divisionem tantum domi-
nicæ & patriæ, non autem & maritalis potestatis mentionem
faciat *pr. J. de his, qui sui vel alien. Jur. Caus §. 1. 2. de Jur. person.*
Et de hoc jure filiafamiliās nupta in potestate patris sui rema- 3.
neat, *l. 14. §. 2. l. 6. §. 1. l. 20. w. ad L. Jul. de adult. coerc. l. 5. C. de*
A 2 Condit.



- Condit. insert. l. 1. C. de bon. quæ lib. arg. §. 2. SC. Trebell. l. 1. 2. C. de lib. exhib. l. 1. §. 1. de agnosce. & sic in potestatem mariti non transeat, præterquam quoad cohabitationem c. unaquæq; 3. & ibi gloss. caus. 13. Q. 2. obsequia & operas muliebres ad sustinendam rem domesticam pertinentes l. 48. w. de oper. libert.*
4. quoad reliqua verò aliosq; juris civilis actus à patria potestate non liberetur. Sic vivente patre nullò modò de dominio rerum ad eam pertinentium testamentum condere l. 6. pr. w. qui test. fac. pos. l. 11. C. Eod. nec citra illius voluntatem aliquid de his alienare, hypothecæ titulò dare, pignori adsignare aut
 5. donare potest, l. 8. §. 5. C. de bon. quæ lib. Contrà, si majorennis, etiam insciò maritò liberè res suas donare, oppignorare, vel aliter distrahere l. 6. C. de revoc. donat. l. fin. C. de pact. conv. l. 12. C. de pign. act. exceptâ intercessione l. 2. w. ad SC. Vellej. pro lubitu cum alio contrahere l. 2. pr. C. eod. & in judicio, etiam rea, per se comparere & respondere potest, *Novell. 134. c. 9.*
 6. imò nec marito quicquam ex rebus & operis non-maritalibus acquirit, quoniam omnium bonorum non-dotalium usumfructum pater retinet in dies vitæ, proprietate filiafamilias servatâ §. 1. 2. I. per quas pers. cuiq; acquir. & pr. I. per quas pers. nob. oblig. acquir. l. 1. l. 2. C. de bon. mat. l. 6. §. 2. C. de bon. quæ lib. l. ult. C. de dot. promiss. nisi sub alia conditione sint donata
 7. aut relicta *Novell. 117. c. 1.* Disponitur etiam de jure communi, quod acquisitum per conjugem, tantùm acquirenti acquiratur & non alteri, l. 12. C. de jur. dot. & maritus in bonis paraphernalibus nec jus nec communionē habeat, nec prohibente uxore se illis immiscere possit l. 8. C. de pact. conv. nisi aliter conventum sit l. fin. Eod. nec maritus uxori suæ procurator ad lites, tutor aut curator dari vel creari possit l. 14. w. de Curat. furios. l. 2. C. qui dar. tut. poss. l. 14. §. pen. J. de Excus. tut. l. 1. §. 3. w. Eod. licet rebus ejus affectionem debeat, ne scilicet id, quod malè ab ipso gestum est, propter amorem remitteret uxor, & sic de rebus suis periclitaretur, aut ne ex ejus desidia & malignitate mulieri aliqua accederet jactura l. fin. C. de pact. conv. E diverso pater de jure communi præsumitur optimè administrare res filia l. 28. §. 2. w. de lib. leg. l. 21. §. 4. w. ad L. Jul. de Adult. coerc.
 - 8.
 - 9.
 - 10.

toꝛc. dum paternus affectus fraudis suspicionem amoveat,
l. 67. §. 1. w. de R. N. l. fin. C. de Cur. furios. l. 10. §. fin. w. quod met.
eaus. Sed in eo à jure civili differt jus Saxonicum, quod ter- 11.
tiam addit potestatem, nempe maritalem. Nam secundum 12.
hujus juris dispositionem quælibet mulier nupta, etiamsi ipsa
filia familiæ sit, statim atq; illa lectum mariti ascendit, simul
etiam cum omnibus bonis suis in potestatem, tutelam & curam
mariti sui legitimam transit, per textus expressos Landrecht lib. 1.
Art. 45. Ein Mann ist seines Weibes Vormund/und sie tritt in
sein Recht/wenn sie in sein Bette tritt. Artic. 31. Wenn ein Mann
ein Weib nimmet/so nimmet er sie in sein Gewehr/und alle ihr Gut
in rechte Vormundschaft. Artic. 11. Wenn sich die Kinder nach
der Mutter Todt von dem Vater scheiden/soll ihnen der Vater ihr
Mutter-Theil wieder geben. Art. 45. Ein Weib mag auch ohne
ihres Mannes Verlaub ihr Gut nicht vergeben/noch ihr Eigen ver-
kauffen/noch Leibgeding aufflassen/umb daß/das Er mit ihr in
der Gewehr sihet. Concord. Novell. Aug. El. Sax. Const. 10. p. 2. &
Carpzov. in eam. def. 5. Ex quibus evidenter apparet, filiam 13.
maritatum non amplius in potestate patria remanere, sed sta-
tim celebratis nuptiis transire in potestatem, tutelam & curam 14.
viri, etiamsi cum patre habitet, quia eadem intervenit ratio l. 32.
w. ad L. Aquil. neq; solutio matrimonio in patriam recidere
potestatem, sed sui juris remanere l. fin. w. de his, qui sui vel al.
Jur. sunt. Landr. l. 1. art. 45. §. Wann er aber stirbet. Quia 15.
(1.) de jure Saxonico matrimonium est modus tollendi pa-
triam potestatem juri civili incognitus, quod præsertim obti-
net in filiabus, quia in præallegatis locis tantum de illis dicitur.
(2.) quia maritus ob favorem matrimonii uxoris suæ tutor ef- 16.
ficatur, simulatq; thorum ejus ingressa est; Absurdum autem
esset in jure nostro, ut is, qui est in potestate patria, simul sub
alterius existeret tutela & cura §. 3 J. de Tutel. & ita gl. lat. ad
tex. germ. Landr. l. 1. art. 11. argumentatur; tunc enim suffice-
ret uxori paterna verecundia l. 7. pr. C. de curat. furios. quem
officium suum liberis suis nullâ pravitate corruptum præbere
oportet l. fin. C. de sent. pass. & restit. (3.) quia maritus cum 17.
uxore sua omnia bona pro indivisis, id est, promiscuè & æqua-

- liter possidet, & statim consummatō matrimoniō omnium bonorum uxoris suæ usum fructum lucratur, quamdiu onera Conjugii sustinet, etiam eorum, quæ sunt extra dotem, exceptis utensilibus, *Denn sie haben kein gezwelet Gut / Landr. l. 1. artic. 31.* Quicquid etiam uxor acquirit, illud non amplius patri sed marito acquirit. (4.) Quia non Pater nomine filia suæ elocata agere potest, sed maritus, *dictō art. 31. Landr. lib. 1. cum gloss. ibid. Weichbild. art. 26. in gloss. Lehrecht cap. 30. N. S. D. cap. 7. §.*
18. *Wir lassen. §. 8. §. Gleicher Gestalt.* (5.) Quia de hoc jure citra voluntatem patris agendi & contrahendi licentiam habet, quam alioqui, si adhuc in patris existeret potestate, non haberet, *l. fin. §. 5. C. de bon. qua lib.* Cui Juri Saxonico ad stipulari videtur & jus divinum. Sic statim *Gen. 3, 16.* legitur edictum summi Imperatoris, cujus ad Evam verba: Ad virum tuum (erit) appetitus tuus (desiderium tuum) & ipse (Adam) dominabitur in te. Ad quod edictum respicit Paulus Apostolus *1. Cor. 14, 34.* ubi mulieres jubet *ὑποτάσθαι* subditas esse, sicut & lex dicit; & *præc. c. 11, 3.* maritū nuncupat caput mulieris, & prohibet mulieri *αυθεντείν αυδρῶς*, id est, auctoritatem viri usurpare seu in virum dominari, *1. Tim. 2, 12.* Rationem etiam subnectere videtur *v. 8.* vir, inquit, non propter mulierem, sed mulier propter virum creata est, puta, ut esset adiutorium *אָנָּכָה* coram eo, *Gen. 2, 20.* ubi R. D. Kimchi in lib. radic. in verbo *אָנָּכָה* dicit: coram viro factam esse mulierem, ut esset ei præstō ac parata ad administrandum ac serviendum more fervorum astantium a Dominis suis eorumque; non modò verba sed & nurus observantium. Quò referuntur loci paralleli *Eph. 5, 22. & 23. Col. 3, 18. 1. Pet. 3, 6.* Undè mulier vocatur *ὑποαυδρῶς* i. e. viro subjecta *Rom. 7, 2.* & jubetur in testimonium & memoriam subjectionis potestatem habere supra caput *1. Cor. 11, 10.* quæ *ἐξουσία* seu potestas *v. seq. 18.* nuncupatur *ὑποβολαῖον*, Ebr. *הַמָּצִיט* velamen. Mulier enim velò lutei coloris caput velabat & sic nuptō seu velatō capite incedebat, ut eò ipsò testaretur, se esse sub potestate viri, uti est apud *Plut. Varron. & Plinium.* Sic Rebecca verecundiam & subjectionem suam erga Isaac

cum sponsum egregiis sanè docuit argumentis *Genes. 24, 65. & c. 33. q. 5.* inquit: Fœminæ dum maritantur, ideò velantur, ut noverint, se semper maritis suis subditas esse & humiles. *Qui-* 22.
bus oraculis sacris assentitur jus naturæ, quod etiam bruta ani-
malia docuit, ut fœmellæ parerent maribus, teste Pl. n. l. 4. Hist.
Nat. c. 3. & Aristot. l. 1. Pol. c. 5. dicit: Masculum fœminâ naturâ principaliorem & ad imperandum factum esse. Sicut ergò Rex apiculis, dux armentis, unus sol Planetis, una anima corpori, ita naturali quoque ductu maritus toti suæ familiæ præest, *Arist. d. l. Lev. 27.* Cui consentit *c. 33. q. 5.* Naturalis ordo est, inquit, ut serviant fœminæ viris, quia nulla Justitia est, ut major serviat minori. Omnibus etiam gentibus idem jus 23.
esse, non est dubietas, sic Cato apud *Liv. dec. 4. lib. 4.* dicit: Mulieres more majorum in manu viri esse, *Ulp. de his, qui in manu sunt, & c. 15. caus. 33. q. 5.* testatur, Gentiles etiam fœminas viris suis servire communi naturæ lege. Sic ab Ahasvero longè latèq; regnante ob fastum Vasthi irâ succenso edictum publicatum est secundum legem; ut regnum Vasthi daretur alteri, quæ illâ esset melior, *v. 19.* & omnis vir teneret principatum in domo sua, uti tenor Edicti habetur *v. ult. cap. 1. volum. Esth.* Tandem & jus Canonicum juri nostro provinciali con- 24.
sentire videtur, quod *caus. 33. Q. 5.* dicit: Constare, mulierem subjectam esse dominio viri & nullam autoritatem habere, item *c. 11. c. 17. Ead. C. & Q.* Ex quibus liquidò constat, mulie- 25.
rem in omnibus dominio viri subjectam esse & nullam habere autoritatem, præterquam in certis quibusdam casibus, quos lex expressè excipit. Cui accedit & usus fori Saxonici, cum cal- 26.
culo Dd. qui de hac materia passim sparsimvè tradunt, *VVe-semb. Comm. de iis, qui sui vel al. Jur. Foman. Syn. Jur. disp. 3. Nicol. Bœer. decis. 269. n. 9. Schneidew. in tit. J. quib. mod. solv. patr. pot. Zobel, Fachsius, Reinhard, diff. p. 2. Cöler. decis. 66. Georg Schulz. Syn. de patr. potest. Klinge/Deust ad l. admonendi. 31. de Jurej. Tiraquel. de LL. Connub. Schrader Comm. J. de Patr. pot. Nicol. Rensner, tract. de Test. cap. 33. Schurff. consil. 80. n. 3. cent. 1. Berlich Con. pract. p. 2. de Pat. Pot. Möller ad Const. Sax. p. 2. Const. 10. Carpzov. Eod. Dauth. tr. de Testam. lib. 2. c. 23. Vultejus ad c. ult.*

27. ult. J. quib. mod. jus pot. patr. solv & alii. His itaq; præsuppo-
fitis foeminam maritatem de jure civili quodammodo, l. 1. §. 1.
w. de agnosc. & alend lib. at de Jure Saxonico totaliter in po-
testate mariti sui esse, firmiter concludendum est.

MEMBRUM SECUNDUM.

- A**B Existencia transitur ad Essentiam. Ubi primò locò ex-
1. **A**plicandum venit definitum, nempe verbum potestatis, cu-
jus varias significationes, quas habet pro diversa re, cui adhi-
betur, explicat Paulus Jctus l. 215. w. de V. S. modò enim adhi-
betur magistratui, & tunc accipitur pro Imperio vel mero seu
potestate gladii l. 6. de offic. Procons. l. 3. w. de Jurisd. & vo-
catur summa potestas l. un. pr. de offic. pref. prat. vel mixto &
vocatur potestas modica seu minor l. fin. w. de offic. ejus, cui
mand. modò porrigitur ad omnem sexum, item ad omnes, qui
sunt alieno Juri subjecti l. 1. §. 4. π. de trib. act. l. 192. w. de V. S.
2. Qvalis autem hoc locò intelligatur potestas, confestim ex in-
scriptione disputationis apparet, videlicet non publica, quæ
vel Ecclesiastica vel Politica, sed privata & domestica, eaq; non
dominica, non patria, sed maritalis; Quod vocabulum de-
scendit à maritus, quod à mas, mare, quod ab ἀρῆς, ἀρῆς
vir, uti vir à vi, quia vires & vis est viri propria, & virtus à viro
dicitur, quia mala fert fortiter, hinc ab ἀρῆς ἀρῆς virtus, quia
fortitudo à priscis summa habebatur virtus, ut tradit *Becman-*
3. *nus. in Orig.* Definitum sequitur definitio; Potestas maritalis
autem est jus, per quod uxor ratione personæ & bonorum suo-
4. rum subicitur marito quoad certos effectus. Ubi locò gene-
ris ponitur Jus, quæ vox si non latior, tamen ex usu communi
pro latiori termino haberi potest; Differentiæ locum occupat
subjectum tum inhætionis, quod est maritus, tum tractationis,
quod est uxor; non sponsus aut sponsa, quoniam ante copu-
5. lam & festivitatem nuptialem pro marito & uxore reverà non
sunt reputandi l. 24. C. de nupt. cum matrimonium sine carnali
copula consummari non possit, c. ex publ. 7. de conv. conjug.
sicq; tantùm habitu sunt conjuges, non actu, l. 4. §. 3. w. de offic.

Proc.

Proc. & leg. Et cum ad quamlibet rem introducendam qua-
tuor causæ considerari soleant, quarum duæ fiendi, ut Efficiens 6.
& finalis, & duæ essendi, ut materialis & formalis *Bald. in l. fu-*
rios. n. 1. addit. n. 5. w. de his, qui sui vel. al. Jur. sunt. Ergo è re
erit, & has in substratâ considerare materia. Causa Efficiens 7.
summa est lex tam divina quam humana; illa maritalem pote-
statem *l. 2. w. de 7. & J. hæc jus ejusdem constituit l. 4. w. de his,*
qui sui vel al. Intermedia verò est legitimum matrimonium,
quò mediante potestas maritalis constituitur. Materia in qua 8.
est quilibet maritus, etiam Judæus, licet aliàs ad nullum publi-
cum maximè cum dignitate conjunctum munus admitti de-
beat *l. fin. pr. C. de Jud. & Cælic.* Materia circa quam est quæli- 9.
bet uxor, etiam si genere superior virò esset, quia vir est tutor
ipsius, *Landr. l. 1. art. 45.* non obstante, quod *gl. in l. 4. C. de dot.*
prom. virum plebejum uxoris suæ nobilis subditum esse velit;
item omnia bona uxoris, sive sint dotalia vel quasi dotalia, sive
materna, sive paraphernalia, sive profectitia, sive adventitia aut
constante matrimonio acquisita bona, omnesq; actiones, no-
mina & jura, quæ marito circa personam & res uxoris à legi-
bus sunt concessa. Forma, quæ dat esse rei *l. 9. §. 3. w. ad Ex-* 10.
hib. in marito est jus imperandi, dirigendi & administrandi;
in marita vero subjectio, adhibitâ tamen cautelâ, ut ne ab utra-
que parte honestatis æquitasvè limites transiliantur. Causa 11.
Finalis, propter quam hæc potestas constituta, partim est au-
toritas mariti, quæ illibata esse debet *§. 2. J. de his, qui sui vel.*
partim utilitas & commodum uxoris, cujus pudori, imperfe-
ctioni, judicii imbecillitati & rerum forensium ignorantia suc-
curritur eò ipsò, quod maritus tutor ipsius constituitur, cum
de Jure Saxonico maxima fidelitas præsumatur in marito er-
ga uxorem ob affectionem maritalem *Gen. 2, 24. l. 8. C. de pact.*
conv. v. bonum. arg. l. 5. C. de Cur. fur. In genere est bonum publi-
cum, *l. 1. §. 1. C. de Cur. fur.* & felicitas œconomica, quam consequi etiam Reip.
interest, quanta n. ex familiis benè constitutis in Remp. redun-
dent commoda, in aprico est. Effectus hujus potestatis est, 12.
ut uxor maritum agnoscat caput, Dominum ac tutorem suum,
eig; non solum adjumentum, honorem, timorem, reverentiâ

B

ac

ac obsequium præstet, sed etiam, ut marito suo omnium suorum bonorum usumfructum concedat, quoniam ibi dos est, ubi sunt onera conjugii, *l. 7. pr. l. 13. de Jure dot. l. 29. C. Eod. & nihil sine mariti sui tanquam tutoris conjugalis consensu & auctoritate donet, vendat aut aliter distrahat, Landr. l. 1. artic. 31. quia bona ejus cedunt lucro mariti, addit. ad hunc text. lit. e. d. l. 29. & arg. l. 21. C. mand. nec contrahat, nec se obliget aut in judiciis versetur, Landr. l. 2. art. 63. Novell. Elect. Aug. Const. p. 2. 15. §.*

13. **So constitui ren und ordnen wir.** Sive sit actrix sive rea, *d. const. verb.* Sie halten gleich Klägerin oder Beklagten statt. Et licet conjuges, quantum ad thorum attinet, judicentur ad paria, hoc est, vir & femina quoad conjugii vinculum, carnis debitum & fidem conjugalem æquale jus habeant, eaq; ratione æqualis utriusq; sit obligatio, una enim sunt caro, *Gen. 2, 23. unum & idem censentur corpus c. sicut. dist. 40. c. debitum. extr. de Big. uxor mariti propria est uxor, & maritus uxoris proprius est maritus 1. Cor. 7, 2. ac proinde sese invicem non, nisi consensu ad tempus, quo pietatis cultui vacare velint, defraudare debeant v. 5. & caus. 33 q 5. C. 1. §. 11. Æqualis etiam in utroq; conjugate requiratur amor, commune studium pietatis, precum, liberorum, domicilii & substantiæ, κοινωνία bonorum, consortium omnis vitæ, i. e. συμπρωΐα in prosperis & adversis *l. 1. π. de rit. nupt. §. 1. J. de patr. pot. communicatio divini & humani juris d. l. & l. 1. τ. rer. amot. act.* Unde uxor sequitur domicilium, dignitatem, conditionem & forum mariti sui *l. 19. τ. de Jurisdic. l. 65. τ. de Judic. l. 8. τ. de Senat. l. fin. C. de Incol. l. 38. §. 3. τ. de Municip. & sicut injuria uxori facta, viro ejus facta censetur l. 2. C. de Injur. §. 2. J. Eod.* ita etiam dignitas uxoris cum dignitate mariti sui simul crescit *l. 28. C. de nupt.* Licet, inquam, conjuges in his ferè commune jus habeant, tamen quoad directionem, administrationem & officia quædam conjugalia magna inter eos datur inæqualitas. Nam quoniam uxor per matrimonium exiit familiam & domum patris sui, in qua nata est, *Tiraq l. 1. conn. n. 3. & in familiam mariti transit l. 10. C. de re milit.* Ergò subjecta esse debet marito suo, qui ipsius est caput *1. Cor. 11, 3. Dominus Gen. 18, 12 & Tutor conjugalis Landr.**

Sandr. l. 1. art. 31. & 45. Cum verò maritus sit caput uxoris 15.
Novell. Leon. 112. & princeps familiæ l. 196. pr. w. de V. S. sequitur,
liberos, qui ex ea nascuntur, patris non matris sequi familiam,
§. 1. J. de leg. Agn. tut. & filium, ex nobili patre natum, nobi-
lem esse, etiam si mater sit ignobilis, & ob id in Camera Spi-
rensi ad Feuda admitti, testantur Vult. Trentl. & alij, nisi obstat
pactum speciale, Borcholt. de Feud. c. 7. p. 2. n. 56. Imò uxo- 16.
rem non sibi, sed marito suo liberos gignere credi, Harprecht in
§. qui igitur n. 6. J. de patr. pot. & ob id liberos non matris, sed
patris nomina servare l. 195. §. 4. w. de V. S. nec uxorem suos
heredes l. 13. w. de suis & leg. hered. nec naturales liberos in po-
testate habere §. 10. J. de Adopt. §. 3. J. de her. qual. & diff. l. 4. §.
2. de bon. poss. cont. tabb. l. 5. C. de Adopt. hinc quidem de ma- 17.
trimoniis liberorum cum viro unà deliberare debet, sed ita,
ut sententiam viri sequatur Arist. l. 2. Oec. c. 1. utpote cui do-
minium in voluntatem uxoris competit Gen. 3, 16. & qui plus
consiliò pollet, præsertim & cum hac in causa in specie men-
tio fiat patris Exod. 22, 17. Num. 30, 6. pr. J. de nupt. l. 18. l. 20. C.
Eod. Quò fundamine illa communis opinio nititur, quod in 18.
dissensu patris ac matris circa matrimonium filii filixvè patris
consensus sit præferendus voluntati matris. Quamvis non
negandum, unam omnibus parentibus servandam esse reve-
rentiam l. 6. π. de in jus voc. l. 5. C. de Sponsal. & ob id rectius 19.
consuli conscientis liberorum, si matrimonium contracturi u-
triusq; parentis assensum exquirant, quia (1.) Exod. 20, 12. ex-
pressè omnis exceptio præcluditur. (2.) Sicq; Rebecca unà
cum Isaaco deliberat Gen. 27, 46. (3.) quia id naturalis ratio
svadet ob periculum puerperii & in educandis liberis adjuto-
rium §. 4. J. ad SC. Tertyll. (4.) matri quoq; invitæ heres a-
gnascitur l. 12. §. 3. w. de capt. & postl. (5.) mater æqvè ac pa-
ter liberis suis benè prospicere præsumitur l. 20. C. de nupt. l. 1.
verb. oportet. C. de rapt. (6.) Divalis Constitutio Elect. Saxon.
tit. von Chesachen. fol. no. expressè sancit, quod sponsalia abs-
que matris consensu contracta irrita pronunciarì debeant.
Nec negandum est, prudentis Abigailis consilium stolidi Na- 20.
balis voluntati quandoq; anteponendum esse. Neq; tandem 21.

B 2

negan-

- negandum, quod matris voluntas præferri debeat voluntati tutoris *l. 1. l. 20. C. de nupt.* siquidem in illo paternæ pietatis affectus cessat, unde ob præsumtam fraudem de jure communi (*secus Canonico, Dd. in rubr. de cogn. leg.*) neq; tutor aut ejus filius neq; curator pupillam vel curæ subjectam in uxorem ducere potest *l. 36 37. 59. 67. pr. de R. N. l. 7. de ad L. Jul. de Adult. Et t. t. C. de interd. matr. int. pup. Et tut.* Regulariter tamen patris voluntatem circa matrimonium liberorum materno desiderio præferendam esse, præfatæ rationes svadent. Nedum
22. quod etiam defuncti mariti voluntas circa tutelam liberorum, desiderio uxoris præponatur, *Auth. ad l. 2. C. quand mul tut. off. fung. poss.* Porro cum maritus in domo dominium habeat *l. 195. §. 2. de V. S. & Dominus fit tum uxoris suæ tum rei uxoriæ, pr. J. quib. alien. lic. l. pen. C. de jur. dot. l. 8. de reb. auct. jud. pass. §. 1. J. de Usu & habit.* Ergo tenetur uxor se & bona sua legitimo mariti dominio subicere, & ei debitam reverentiam exhibere. Tenetur existimare, mores viri esse legem sibi à Deo impositam eosq; æquo animo ferre, nam licet morosus sit, tamen maritus est *arg. Novell. 12. c. 3 pr. seq;* viro unanimem præstare non solum in prosperis verum etiam adversis, quarum tamen, nî optimæ sint mulieres, participes esse renuunt, *Arist.*
26. *l. 2. oec. c. 1.* Tenetur uxor maritum suum sine tergiversatione sequi, si domicilium mutet, vel aliò migret ad exemplum Rachelis & Lex *Gen. 31, 14.* nisi obstat pactum & nulla migrandi probabilis causa superveniat *l. 1. C. de pact. conv. arg. l. 16. Et ibi Jas. de. Qui satisd. cog.* etiamsi maritus esset fugitivus, quia facti sunt una caro & uxor ærumnarum sororia esse debet *l. 1. de rit. nupt. l. 22. §. 7. de Solut. matr.* imò bannitus, quia jura naturæ & divina retinet *l. 13. de donat. int. vir. Et ux. etsi jura civitatis, è qua bannitus est, perdat §. 1. 2. Inst. de cap. dimin. Bart. l. amissione. §. qui deficiunt. de cap. dimin. n. 11.*
29. nedum, quod uxor virum suum bannitum egentem ex dote & paraphernalibus alere teneatur *Jul. Clar. in præct. §. ult. Q. 82. statut. 1. v. ult.* Deinde competit marito ut Domino, disciplina in personam uxoris, *Arist. d. l. Oec. c. 1.* ut possit & debeat iniquos uxoris suæ mores cohibere *Nov. 117. c. 8. sub fin.*
- non

non indulgere ut Achab *1. Reg. 21.* multò minùs illi dominium concedere, quia dominium Evæ pessimum habuit eventum, & dum prima fuit in seductione, posterior in dominatione esse jubetur *1. Tim. 2, 14.* Et quoniam juxta Menandrum *γυναικὶ δὲ- 31.*
χρὴ δὲ δίδωσθαι ἢ φέρειν, hinc etiam regulariter prohibetur fœmina officia civilia & publica exercere, virilibus fungi muneribus, docere, in Systaticis testem esse, procurare, judicare & judiciis assistere *l. 18. C. de procur. l. 2. w. de R. J. c. nova quædam. 10. de pœnit. & remiss. l. 9. w. de stat. hom. l. 6. J. de Testam. l. fin. w. de tutel. Cyriac. Lentulus de arcan. regn. c. 31. n. 7.* quia matronalis pudor id non admittit *l. 21. C. de Procur.* & sexus fœmineus imbecillis est, inconstans, incautus, levis, flexibilis & mutabilis, *Cic. pro Cluent. l. 2. §. 2. w. ad SC. Vellej. l. 12. §. 2. w. de Judic. l. un. §. 2. C. de rapt. virg.* Quò nomine fœmineum Imperium 32.
plerumq; infelicem sortitum est exitum, teste Aristoph. apud *Stob. serm. 72.* Unde apud Francos lege Salicâ cautum est, ne regnum de lancea ad fuscum transeat, *Reinkingk. de Reg. Sec. & Eccl. l. 2. cl. 2. c. 6. n. 7. seqq.* Præposterum enim esset, illi tribuere Imperium in Rep. cui illud denegatum est in Oeconomia, & quidem ab ipso DEO, qui regulariter viro dedit imperium, mulierem verò subesse voluit. *Gen. 3, 16.* Etiam si apud Svecos, Anglos, Hispanos aliasvè nationes de Jure consuetudinario secus observari soleat *c. dilecti. 4. & ibi. Aug. Bero. n. 1. 2. & 8. de arbit.* Sic etiam fœmina feudis excluditur, nisi in investitura aliter sit cautum, *§. filia. 2. de succ. feudi.* Sed hæc incidenter. Redeundum est ad effectum, ubi circa dominium mariti in uxorem communiter quæri solet: An marito 33.
permissum sit uxorem suam ex justa causa verbis & verberibus citra ullam pœnam judiciariam castigare? & respondetur, quod sic, quia nullum imperium est sine potestate cogendi & corrigendi; Ergò sequitur, viro quoq; concedendam esse potestatem mulierem contumacem in ordinem redigendi; nec uxor repercutere potest maritum, cum correctio sit licita *arg. l. 3. C. de his, qui ad Eccl. conf.* si fiat eò animò tantum, ut ipsam emendet & à peccandi & dominandi libidine coërceat, modò ea correctio sit humana & debitum castigandi modum non excedens,

- cedens, medicina enim debet esse *l. un. C. de Emend. propinq.*
34. *Et ibi. Perez pralect. n. 4.* non carnificina. Et licet uxori constantem amorem promiserit, tamen subintelligenda est conditio, si videlicet illa in leges conjugii non peccaret *arg. c. quemadm. 25. de furej.* Quam opinionem veram esse & in jure militare ait *Trivisanus decis. civil. 45. Bald. cons. 176. n. 1. vol. 1. Alex. consil. 115. n. 3. l. 5. Clar. lib. 5. sent. 8. fin. Q. 56.* Expedi enim Reip. ut omnes in statu suo permaneant, *Arist. l. 2. pol. c. 2. Auth. res qua. C. Comm. de Leg.* Contrà lenitas in mulieres directionem civitatis impedit, cum morositas & fastus earum in imensum excresceret *l. un. C. de Emend. prop.* & in omnem licentiam dissolutæ viverent *Arist. l. 2. Pol. c. 7.* Nec prætereunda est famosa illa quaestio. An permissum sit marito, uxorem suam in adulterio deprehensam unâ cum adultero impunè occidere? & resp. quod sic. De adultero, si vilioris sit conditionis, textus est *l. 24. pr. w. ad L. Jul. de adult. coerc.* De uxore adultera verò *l. 38. §. 8. l. 20. l. 23. l. 24. fin. Eod.* Jam quod sit lege permittente, illud poenam non meretur *Vivius Comm. opin. 9. lib. 2. n. 4. l. 4. C. Eod. l. 22. C. de poen.*
37. Canones quidem primâ facie eandem marito licentiam permittere videntur, *c. interf. 5. & c. quic. 7. caus. 33. Q. 2.* Sed *seq. c. inter hac. 6.* improbant illam, cum Ecclesia spiritualem gladium habeat in facinorosos, & Deus peccatorem non perdi sed ad poenitentiam converti velit, *Ezech. 18. & 38. 11.* contrà secundum legis tramitem ultionis vindictam maritum accipere debere, præcipiunt, imò satius esse, aliam uxorem ducere, quam sanguinem adulteræ fundere, asserunt *c. si quod verius, 9. Ead.* Verum id procedit, si maritus uxorem adulteram post adulterium occiderit, tunc enim justus dolor factum quidem relevat *l. 4. C. de adult.* & maritum in tantum excusat, quia difficillimum est justum dolorem temperare *l. 38. §. 8. w. Eod.* Sed non in totum, nam poena extraordinaria manet, *tex. d. l. cum poenas debitas infligere magistratui ordinario conveniat.* Secus est, si maritus uxorem cum alio nefariam rem habentem invenerit & ex justo dolore occiderit *l. 23. l. 24. w. ad L. Jul. de Adult.* quod etiam concedere videtur præall. *c. admonere 8. c. 33. q. 2.* modo eam
- 38.
- 39.

ἐν ἔργῳ in flagranti turpitudine alsbald auff warhafftiger That
deprehensam in continenti occiderit, d.l. 23. §. 4. quia ejusmodi
factum excusat Zelotypiæ vehementia eò, quod uxor adultera
adulterinas inserat stirpes l. 6. §. 1. w. ad L. Jul. de adult. & to-
tam mariti familiam conspurcet l. 30. C. Eod. incertam constu-
prati lecti sobolem reddat, ac innocenti marito sæpè inimicif-
simorum filios pro suis alendos & agnoscendos obtrudat, Phi-
lo in lib. de dec. præc. **Orthel post Weichbild / tit. von allerley Be-
belthat / col. 2. vers. nach dem auch ein Pfaffe. Orthel post Landr.
tit. Straffe umb Ehebruch. vers. zum vierdten.** Imò ob zeli &
amoris magnitudinem idem & hac in re iudicium esse in Spon- 40.
so volunt Dd. arg. §. 3. l. 13. w. ad L. Jul. de adult. Permissum 41.
insuper esse marito suspectum de sua uxore post ternam coram
testibus factam contestationem sine periculo perimere, *Novell.*
117. c. 15. Auth. si quis, l. 30. C. ad L. Jul. de adult. c. 2. de cohabit. Cler.
mul. gloss. ad Landr. l. 1. art. 50. n. 3 & gl. l. 3 art. 1. n. 5. Imò ipsam mari- 42.
tam vitæ suæ quòquò modò insidiantem impunè occidere, in
foro fori non dubitatur, secùs tamen in foro poli seu consci-
entiæ c. admonere. 33. Q. 2. Versâ vice, num æqvè uxori li- 43.
ceat virum suum cum mæcha in adulterio deprehensum impu-
nè occidere hîc rectè quæri potest; & resp. quod de mæcha,
quidem id affirmetur, *Damboud. pr. crim. c. 80. n. 28.* Sed de 44.
marito dubiretur ex l. 38. §. 8. w. ad L. Jul. de adult. quia ratio
legis Julix in ea cessat, & maritus non suum sed alienum tho-
rum coinquinat, nec uxori adulterinos liberos supponit, *Wes-
senbec. parat. w. ad L. Jul. de adult.* Reverentia etiam obstat 45.
uxori de jure communi (secùs per *Constit. crim. Carol. V. art. 120.*
sub fine) ne possit maritum suum de adulterio criminaliter ac-
cusare sed tantùm civiliiter ad thori separationem l. 1. C. ad L.
Jul. de adult. *Sine eam Cujac. & Venatorius n. 2. c. tuae de Procur.* imò
generaliter eum in jus vocare sine venia Prætoris nequit l. 13. w.
de in ius voc. Marito tamen licet uxorem suam criminaliter 46.
accusare l. 30. C. de Adult. & abjicere, *Novell. 22. c. 15.* Imò 47.
uxor adultera dotem, arrhas & parapherna marito adjudican-
da amittit, *Novell. 117. c. 8. c. plerumq. 4. de donat. int. vir. &
ux. El. Const. 21. p. 4.* Similis juris disparitas inter conjuges in- 48.
veni-



venit *c. 14. caus. 33. Q. 5.* Et in veteri foedere viris quidem,
 sed non mulieribus concessum fuisse, ut dare possent libellum
 49. repudii, legitur, *Dent. 24.* Tandem cum maritus etiam ipso
 jure sit uxoris suae tutor & curator conjugalis *Ehelicher Vormund / Landr. lib. 1. art. 31. & l. 3. art. 45.* (modò vicesimum pri-
 mum ætatis annum compleverit, ut est textus *art. 42. l. 1. Landr. vers. wann ein Kind.*) & ejus officium sit, ut contractui & alii
 actui Judiciali vel extrajudiciali mulieris suae consensum suum
 interponat vel ante actum vel in ipso actu, seq; ut curatorem
 ad omnia ejus negotia & causas defendendas gerat (licet usu
 introductum sit, ut habeat mandatum, aut cautionem det de
 rato §. 3. *J. de Satisd. & fortè ex seq. art. Landr. 46. l. 1. & art. 63. lib. 2. N. S. D. c. 8.* Ehemänner sollen ohne sonderbare curatoria
 oder zum wenigsten cautionem rati in Gerichten in Sachen der
 50. Weiber nicht zugelassen werden); Ergò uxor nec dotem in-
 præjudicium mariti donare, vel distrahere, *l. 21. C. de donat.* nec
 contrahere, vel quasi contrahere, nec bona communia divide-
 re, nec quicquam extra dotem, *Landr. l. 1. art. 31. & 45.* sive sit
 de rebus mobilibus, sive soli, absq; consensu mariti per contra-
 ctum inter vivos alienare, nec alteri eas alienanti consentire,
 nec hereditatem adire, nec debitum remittere, nec pro extra-
 neo intercedere, nec in judicio sine tutore suo conjugali legi-
 timè stare potest, *N. S. D. d. c. 8.* Eheweiber sollen anderer Ge-
 stalt nicht, als durch verordnete Curatores, es seynd nun ihre Ehe-
 männer oder andere Personen / personam standi in judicio haben.
 ne contra propria laboret commoda *l. 4. C. de Sponsal.* da-
 mnum habeat ullum §. 1. *J. de Auth. tut.* aut propter imbecillita-
 tem judicii & consilii decipiatur, *arg. l. 1. pr. w. min.* quam ob
 causam æquiparatur minori, *Novell. Elect. Aug. Const. 15. p. 2.*
v. ohne Unterscheid des Alters. per l. 12. C. ad SC. Vellej. & pupillo. l. 2.
w. de R. J. quia & illa substantiam suam rationabiliter guber-
 nare nequit, *Cajus de Curat. l. 2. §. 2. w. ad Vellej.* mariti ergò
 tanquam curatoris conjugalis consensus accedat, oportet, qui
 autoriset, redintegret & imbecillitatem ejus suppleat, §. 2. *J. de*
 51. *Aut. tut. latè hic Berlich. Concl. Pr. p. 2. 17.* Quod uti in contractu,
 ita etiam in distractu ex rationis identitate procedit; sic fœ-
 con-

minæ perindè ac pupillo & minori absq; mariti aut' curatoris
autoritate tutò solvi non potest, §. 2. J. quib. ali. lic. nisi pretiù præ-
sente marito aut curatore mulieri numeretur & apocha ab utro-
que subscripta & sigillata petatur, Zanger. tr. Exc. p. 3. c. 1. n. 107.
& nisi illustris esset fœmina, quæ merum haberet imperium,
Hering, tr. de Fidej. c. 7. n. 517. Procedit etiam in quasi contractu, 52.
ita ut mulier sine consensu mariti sui non possit adire heredita-
tem, l. 49. w. de O. & A. l. 16. w. de neg. gest. Obtinet itaq; 53.
hoc jus in omnibus contractibus vel quasi contractibus, in qui-
bus ratio legis locum habet, paucis exceptis casibus, quorum
principales membrò tertio annectere lubuit. Jam prope- 54.
randum ad Contrarium potestatis maritalis τὴν γυναικοκρα-
τειαν, quâ uxor ordine inversò sibi maritum suum subjicit, qui
dici solet effœminatus, mollis, totus ab uxore pendens gr. γ-
υναικοκρατὸς μὲν. Quæ potestas monstrosa ut plurimum ac-
cidit in nuptiis imparibus, quando senex Ulp. §. 2. tit. 16. ex la-
scivia (quod improbat Svet. in Claudio, Plaut. in Mercat. Lactant.
l. 1. c. 16. Gerh. LL. Theol. tom. 7. p. 589.) juvenulam, vel ju-
vencula ex auri cupidine non senem ut senem, sed ut benè nu-
matum in matrimonium petit; item si ignobilis nobilem, ser-
vus Dominam, pauper locupletiolem sibi associat, ibi plerum-
que uxor in virum dominari solet, quod cautus observavit
Martialis lib. 8. Epigram. 12.

Uxorem quare locupletem ducere nolim,

*Queritis; uxori nubere (i. e. subjici uxori, aut dote
libertatem vendere, & δέσποιναν θέλω Stob. Ep. 69. l. 10.) nolo mea.*
Sed inversum hujusmodi imperium turbat naturam conjugii, 55.
susq; deq; habet δ'ταξίαν à Deo institutam, quâ cautum est,
ne uxor sibi in maritum dominium arroget. Nec obstat, 56.
quod & uxor vocetur caput l. 195. fin. w. de V. S. quia caput
seu principium est in familiæ propagatione, dum fœmina sobo-
lem procreando familiam quasi renovat Novell. 22. c. 1. pr.
Nec obstat, quod vocetur Domina Epist. Joh. II. v. 1 & 5. l. 19. 57.
§. 1. w. de ann. leg. l. fin. §. 1. w. de aur. & arg. leg. Plin. l. 33. c. 3.
quia id fit partim ob dominium, quod cum marito habet in-
divisum ratione bonorum, liberorum, servorum, servarumq;

¶

l. 4.

l. 4. C. de Crim. expil. her. Sicq; quodammodo Domina est, *l. 1. w. rer. amot.* partim ob decorum, quia uxor mariti radiis splendet *l. 8. π. de Senat.* & Doctorissa vocatur, quæ nupsit Doctori, licet plerumque sit indocta. *Boëtius in topic.* *Cic.* refert, id à priscis proficisci Romanis, qui in nuptiis hanc verborum solennitate usi sunt, dicente viro: Ubitu Caja, ibi ego Cajus; referente foeminâ; Ubi tu Cajus, ibi ego Caja. Cajum autem Hetruscis significare Dominum, & exinde uxores recepto nomine honoris causâ dictas esse Cajas, i.e. Dominas, idem auctor est, cum *Novell. 74. c. 4.* Hispanos etiamnum eas abbreviatè vocare Donnas & Damas (Græcis *Δέμαρ* est uxor) habet *Job. Garstias. tr. de acq. Conjug. n. 29.* Tandem quoniam solubile est, quicquid ligatur, *Novell. 22. c. 3.* ergò videndum est, quibus modis solvatur maritalis potestas. Solvitur autem tribus modis (α) morte naturali, quæ omnia solvit, *d. nov. c. 20. pr.* & elegans est locus ad *Rom. 7. 2.* qui dicit, mulierem, quæ sub viro est, viventi marito alligatam esse lege, si a. vir mortuus fuerit, solutam esse à lege viri. Atqui si unitas carnis i. e. cohabitatio & affectio continua per mortem cessat; Ergò & potestas maritalis. (β) adulteriò & fornicatione alterius conjugis *Matth. 5. 32. c. 19. c. dixit Dominus. 32. q. 1. c. præcepit. 32. q. 5. c. ex lit. tu. is. 5. de divort.* quia & hinc unitas carnis, fractâ fide conjugali, tollitur. Nam conjux non habet potestatem corporis sui, quia illud alieni juris est, nempe conjugis; Ergò hanc unitate tanquam formâ matrimonialis nexûs disruptâ tollitur thorus & vinculum & per consequens potestas maritalis. Si verò maritus insons adulteram spontè retineat aut reducat, (cùm ferriò prænitenti dimittere possit septies & ultra *c. si vir. 3. de adult. Nov. 134. c. 10. Baldri. cas. consc. L. 4. c. 13. cas. 6.* salvò tamen jure Magistrarûs & Ministerii) aut, si peccatum non sit notorium, sciendo nescire malit, quam se suosq; in publicam ponere infamiâ, tunc per novum consensum vinculum matrimonii denuò re-integratur & aliud quasi matrimonium interponitur *l. 13. §. 9. w. ad L. Jul. de adult.* (γ) malitiosâ desertione, si conjux levitate abductus conjugem relinquat, *1. Cor. 7. v. 15. & 39.* & legitimè citatus ad partem desertam non redeat, modo redire potuerit,

maxi-

maximè verò si pars deserens alios sectetur amores, unde
violenta adulterii præsumtio nascitur, l. 7. C. de repud. & Judic.
idq; secundum sententiam nostrarum Ecclesiarum, (secus de
Jure Canon. c. dominus. 2. de sec. nupt) Dn. Carpz. Jurispr. Consist. L. 2.
defin. 192. Minimè v. finitur potestas maritalis propter sævitiam,
capitalem inimicitiam, captivitatem, insidias, furorem, hæresin,
infidelitatem, 1. Pet. 3, 1. 1. Cor. 7, 13. l. 20. w. de stat. hom. c. meminimus.
13. de accus. l. 8. w. de spons. c. quanto 7. de divort. l. 22. §. 7. w. sol.
matr. l. 8. w. de his, qui sui vel al. sed tantum suspenditur, donec
ad domum, amicitias, animæ mentisq; sanitatem redeant. Ec
licet Conjuges ob sterilitatem, supervenientem impotentiam,
contagium, lepram aliamq; gravem infirmitatem qvoad lectum
& mensam separari possint, tamen non statim vinculum con
jugale, & sic neq; potestas maritalis tollitur, sed vel in suspenso
est, vel eatenus exercetur, qvatenus exerceri potest, quando qvi
dem & ipse matrimonii nexus ac individua jugatorum societas
non nisi ob præfatas tres causas dissui debet, cum revocati simus
à laxa licentia l. 8. 9. 10. C. de repud. Nov. 117. c. 8. Nov. 22. c. 15. l. 60.
61. 62. w. de donat. int. vir. & ux. ad primam legem à scoriis Pha
risaïcis repurgatam, vi cujus ab initio non fuit sic. Matth. c. 5.
23. c. 19. à v. 3. ad 10. & locis parallelis.

MEMBRUM TERTIUM.

Absolutis duobus membris superest, ut agamus de limiti
bus potestatis maritalis. Nam sicut ea non perpetua est,
sed certis modis finitur; Ita etiam non est absoluta, sed certis
legibus tanquam limitibus determinatur. Sic non extenditur
ad illicita & qvæ pietatem lædunt l. 15. w. de condit. Instit. nec
tenetur uxor marito concupiscentiis suis absq; ullo pudore ac
timore Dei indulgenti obsequi, quia cohabitatio casta esse de
bet κατὰ γυναικὸν 1. Pet. 3, 8. secundum modum, quem recta ra
tio non turpis libido dictitat. Nec licet marito uxorem suam
adulterandam tradere Nov. 117. c. 9. petentibus amicis locare,
permutare, aut pretiò distrahere, cujusmodi exempla recen
set

C 2

4. *ser Arniseus in Polit. cap. de marito & uxore.* Nec extendit sese ad turpia, legibus interdicta & probrosa; sic non potest uxorem jubere, ut corpore quæstum faciat, sacrilegium committat *l. 29. §. 3. w. de Adult. §. 23. J. de inutil. stipul. §. 7. de mandat.*
5. aut vetare, ne oret, vel Eleemosynas erogat, *Luc. 6, 30.* Nec licet
6. marito in uxorem sævire, quia non est serva, sed collateralis socia, *Gen. 3, 12.* subsidium è costa viro attributum *Novell. Leon. 111. pr. socia rei humanæ atq; divinæ domûs l. 4. C. de crim. expil. heredit.* dimidium viri & essentialis ejus amicus, non scabellum pedis sed lateris, imò cordis portio, *Thom. 1. q. 92. art. 23. inquit:* Mulier formata est non ex pedibus, ut esset serva, non ex capite, ut esset Domina, sed ex latere, ut esset vitæ socia.
7. Ergo maritus regat eam civili non servili imperiò, non convertat amicam conversationem in servile obsequendi studium, unde *πικρὸν ἔχει*, i. e. amarulentum seu morosum se erga uxorem gerere, prohibetur, *Col. 3, 9.* Contrà, si sæviant in illam, freni temperies adhibetur marito æquè, ac Domino in servos *l. 1. w. de his, qui sui vel alieni Jur. & Patri in liberos sævienti l. 5. w. ad L. Pomp. de Parricid.* Nam si enormem in castigatione excessum committat, puniendus est ab ipso magistratu propter enormitatem castigationis vel cautione ob excessum, vel multâ pecuniariâ vel pœnâ carceris, vel etiam, si inemendabilis esset sævicia, separatione quoad thorum & mensam; Expedi enim *Reip.* ne suâ re quis malè utatur. *§. 2. Inst. de his, qui sui*
10. *sui* Imò, cum uxor sit caro mariti ex laterali ipsius costa formata *Gen. 2, 23.* quamvè in suam recepit tutelam, clientelam, patrocinium, operimentum gloriæ, i. e. ut gloriam & famam ejus defendat contra calumniatores: uti Targum nomen **תַּוְּסָה** *Gen. 20, 16.* vertit, *Först. lexic. n. 727. Ruth. 3, 9. §. 1. J. de Tutel.* consultius esset de jure suo aliquid remittere & uxorem aberrantem (nisi planè heteroclitum sit caput, *Syrac. c. 25, vers. 17. seqq.* & maritum fastidians *l. 8. §. 3. C. de Repud. v. extraneorum maritorum,*) leniter corrigere non injuriosis verbis, non verberibus (verbera enim ingenuis aliena sunt, *d. l. 8. §. 2.*) sed ratione, non scuticâ sed benevolentia, non vi, non metu, non minis, sed dilectione potius & affectione, quia
con-

conversatio hominum asperitatem respuit, favorq; matrimonii
favitiā erga uxorem excludit, arg. §. 7. *Instit. de noxal. act.*
Hinc rectè *Taubmann. lib. 1. Epic. p. 251. & 252.*

---- ferre aliquid & connivere memento,
nec semper vidisse puta, quæ videris. Esto
interdum surdaster, aprò si pressius audis.

Fallitur, ad votum qui cuncta expectat & urget.

---- non est serva, sed uxor

& pars una tui, tuq; alter. Sevit in ipsum
se nemo, nì sit malè tute mentis Orestes.

In nuptam imperium sanè est; sed quale? quod esse
corpus in hoc animi debet. Pars ecce cohaeret

Utraq; rex animus curator & auctor honesti est,

non tamen aut ledit renuentem aut deserit amens,

svadet non cogit.

Meritò igitur coërcetur legibus asperitas quorundam marito-
rum, qui uxores suas duriter tractant, quasi jus vitæ necisq; in-
cas haberent, §. 2. & 3. *J. de his, qui sui vel alien.* Sic, licet aliàs
maritus portionem ex statuto sibi debitam, imò & dotem ob
turpem uxoris vitam lucrifaciat *c. plerunq; 4. extra. de donat. int.*
vir & ux. tamen, si eam occiderit, aut occidenti occasionem
præbuerit, aut uxoris necem non ultus sit, *Schrad. in miscell. c. 2.*
n. 42. Beust. de jure connub. p. 3. c. 6. aut ipse necem ei molitus
fuerit *per gl. Landr. l. 1. art. 21. n. 3.* aut eam malitiosè deserue-
rit, aut in puerperio laborantem vel ægotantem neglexerit,
aut alimenta ei denegaverit, aut domò eam expulerit, ut infor-
tuniò quopiam pereat, & portionem statutariam & dotem lu-
crifacere ob facinus suum sperare non potest *l. 10. §. 1. & ibi Paul.*
de Castr. n. 4. pr. w. sol matr. Cöler decis 57. n. 66. seqq. & 286. n.
28. seqq. imò pro ratione delicti vel vitæ vel corpore puni-
tur, prout exemplum adducit *Berlich. Concl. pract. p. 2. 36. n. 34.*
Möller. Constit. Saxon. p. 3. 6. lit. A. inc. responsum Scabinorum, per
tor. nisi heredes uxoris tacuerint aut uxor injuriam remisit,
express. Novell. Fl. Arg. Const 26 p 3. Porro limitata etiam est
potestas mariti circa bona uxoris. Dominus quidem dotis
est *pr. Inst. quib. ali. lic. l. 9. C. de rei vendic.* non autem verè & sim-

II.

12.

13.

14.

C 3

plici-

- pliciter, *l. un. C. de aud. Quir. jur. toll.* sed tantum interpretati-
 ve & secundum quid, nempe quoad effectus, quos jus explicuit,
 sc. ut agat, administret, conservet, & fructibus dotis ad sui suo-
 rumve sustentationem liberius & commodius utatur fruatur.,
 quoad sustinet onera matrimonii, *l. 29. Cod. de jur. dot. l. 7. w.*
15. *Eod.* proprietatem autem seu naturale Dominium retinet
 uxor, *l. 30. Cod. Eod. l. 20. §. 2. w. Famil. hercisc.* excepto dota-
 litiō, cujus proprietates penes virum remanet. Hinc res uxoriae
16. vocantur alienae *l. 7. §. 12. l. 24. §. 5. w. sol. matr.* & vir in illis
 dolum & culpam praestare tenetur *l. 17. pr. w. de jur. dot. eoq;*
 nomine omnia illius bona tacite hypothecata sunt mulieri a die
 nuptiarum *l. 1. w. qui potior, in pign. hab.* quae in illis jus reten-
 tionis habet *Jason. l. 26. §. 2. w. de condict. indeb. n. 10. N. G.*
17. *D. c. 43. Const. 24. p. 2. §. p. 3. const. 33.* Quapropter omnia age-
 re debet, ut bonus Paterf. *§. 38. J. de R. D.* & tanquam solidum
 perfectumq; ei acquisitum esset Dominiū *arg. l. 1. C. de bon. mar.*
18. etiam si uxor matrimonio per mortem vel divortium solu-
 tiō *l. 2. pr. w. sol. matr.* aut si maritus dote male utatur, sive ad
 inopiam dedicatur *l. 29. Codic. de jur. dot.* sibi pro-
 spicere & bona illata a marito actione rei uxoriae *§. 29. Inst. de*
act. §. C. Eod. repetere possit, quia interest Reip. mulieres dotes
 suas salvas habere *l. 2. w. de Jur. dot. l. 1. w. sol. matr. l. 19. w. de*
R. N. l. 2. C. sol. mat. eatenus tamen, quatenus facultates mariti pa-
 tiuntur *§. 37. I. de act.* hoc est, ne maritus egeat, quia persona
 privilegiata est; nisi aliter legitimis pactionibus sit conventum
19. *l. 49. w. de pact.* Cum itaq; bona maritae non sint proprii juris
 mariti, *l. 1. C. de bon. mar.* usufructu tantum ad ipsum pertinente
20. *l. 2. Eod. l. 3. pr. C. de sec. nupt.* Idcirco pro lubitu ea administrare
 nequit, etiam si conditores juris Saxonici bonum esse judicant,
 mulierem, quae seipsam marito committit, res etiam ejusdem
 patri arbitrio gubernari *l. 8. C. de pact. conv.* mobiles quidem res,
arg. l. fin. §. fin. C. de admin. tut. item immobiles aestimatas *l. 10. §. 5. C.*
de J. dot. gl. 1. I. quib. ali. pr. l. un. §. §. cum lex. v. in fundo. C. de rei ux.
act. alienare potest, ita tamen ut servetur dispositio *Auth. Sive*
de me C. ad Vellej. & soluto matrimonio aliae aut aestimatio earum
 restituatur *l. 7. §. 12. w. sol. matr. l. 42. w. de jur. dot. l. 5. C. de jur.*
 dot.

dot. Latè hîc Thoming. decis. 31. Immobiles verò & non æsti- 21.
mâtas res invitâ muliere regulariter nec distrahere, nec servitu-
tes fundo debitas amittere, nec novas eidem imponere l. 5. l. 6.
l. 16. w. de fund. dot. nec donare, permutare, legare, aut in solu-
tum dare, sive oppignorare, aut qvoqvò modò alienare potest
pr. I. quib. alien. non licet, l. 211. w. de V. S. nisi & maritæ & alteri-
us ad istum actum ordinati curatoris consensus §. 3. J. de auct.
tut. & causæ cognitio judicialis, an alienatio necessaria sit, ex-
pediatqve mulieri, interveniat, arg. §. 3. Inst. de Adoption. Nov.
61. c. 12. Zandr. l. 1. art. 31. 52. His autem solennitatibus non 22.
observatis mulieri adversus maritum actio personalis, & posses-
sorem rei alienatæ realis prodita est, arg. l. 5. §. fin. w. de reb. eor. qui
sub tut. Pensold. in addit. Col. decis. 286. n. 209. Nec potest ma- 23.
ritus contrahere cum uxore, nisi alius adhibeatur curator, ma-
ritus enim in rem suam autor fieri nequit l. 1. pr. w. de auct. tut.
Ulpian. §. 23. tit. II. unde generalis nata est observantia & Juris
Sax. dispositio, quòd mulieres maritatæ, si in favorem mariti
contrahere velint, aliò curatore ad litem opus habeant Const.
El. 16. p. 2. Zanger. de Exc. p. 2. c. II. n. 201. Necessarius au- 24.
tem consensus mariti non est uxori, quæ patrona Ecclesiæ, quia
præsentare potest sine consensu mariti, Tiragvel. de ll. conn. q. 26.
n. 223. nec requiritur, si mulier velit donare filiis suis, l. 17. C. 25.
de postl. revers. aut cum patre l. 4. C. de Sponsal. vel Ecclesia con-
trahere, Jason in l. 1. C. de SS. Eccles. licet rectius cum consensu
mariti fiat, Möller. ad Constit. Sax. p. 2. Const. 15. neque si mulier
mercatrix est. l. 5. §. 3. w. de Jur. immun. Nec maritus potest 26.
contrahere pro uxore, nisi in bonis, quæ sibi verè vel interpre-
tativè per uxorem tradita fuerunt l. fin. C. de pact. conv. Nec 27.
distrahere pecunias absq; licentia uxoris l. II. w. de R. J. junctò
t. t. C. ne ux. pro marit. Nec potest uxorem cogere, ut jus pi-
gnoris remittat, aut pro eo intercedat, juribus & beneficiis, quæ
in dotalibus vel aliis bonis mariti habet, renunciât, ipsi mortis
causâ donet, aut se pro eo ad carceres obliget, nisi sponte fa-
vori pro se introducto renunciare velit, l. 41. w. de minor. l. 29. C.
de pact. Neq; si semel consensit contractui uxoris, consensum 28.
revocare potest, c. quod semel plac. 21. in 6. de R. J. Berl. concl. Pr. p. 31.
n. 25.

29. n. 25. Neq; maritus potest circa res constante matrimonio
 acquisitas tam mobiles quam soli sine consensu maritæ dispo-
 nere, vel ei jus quæsitum auferre, vel minuere, *Alex. Jaf. in*
Auth. præterea C. unde vir & ux. sive id fiat per directum sive
 indirectum *c. cum quid. 84. de R. J. in 6.* quia fieret in præjudi-
 cium uxoris *Pingiz. decis. 28. El. Constit. p. 3. 7.* Ein Ehegatte
 kan dem andern sein Gebührens/so Ihm aus der Verstorbenen Gü-
 tern gebühret / durch Testament oder letzten Willen nicht vermin-
 dern.
30. Nam cum uxor sit socia rerum mariti, *l. 1. w. rer. amat.*
 & septum possessionis *Prov. 30, 33.* quæ domi parta conservat,
 ubi maritus foris parat, *Arist. l. 1. æc. c. 3.* Ergò debetur illi
 legitima, etiam marito mortuo vel Jure societatis, vel succes-
 sionis vel ex provisione legis nostræ municipalis *Landr. l. 2. art.*
31. 36. Contrà si maritus dispositione quadam maritam, bonis
 acquisitis vigore statuti illi debitis, privasset, revocare eam pot-
 est, præsertim cum in fraudem ejus facta præsumatur *Constit. p.*
32. 3. 20. & 9. Porro nec quicquam juris habet maritus in utensi-
 libus, quia illa in patrimonio uxoris sunt, & ex speciali juris Sa-
 xonici provisione, defunctâ uxore, proximæ cognatæ debentur,
*Goldbeck de suc. Gerad. Const. p. 3. 22. v. Die Gerade soll den Töch-
 tern oder nechsten Nisttel.* Nisi uxor illa per donationem
 inter vivos observatâ formâ solenni in extraneum vel per do-
 nationem antidoralem in maritum transferat *Const. 13. p. 2.*
34. Nec uxori necessarius est mariti consensus circa testamenti fa-
 ctionem, quia ultimæ voluntates ex alterius arbitrio pendere
 non debent *l. 32. pr. w. de her. Instit. & plur. Rever. Dn. Præses in*
Prælect. publ. ad l. 1. C. Qui test. fac. pos. Q. 2. Multò minùs pot-
 est maritus uxori prohibere, ne de bonis suis testamentum con-
 dat, aut codicillos conficiat, aut legata & fideicommissa relin-
 quat, aut mortis causâ donet, quoniam leges illud uxori per-
 mittunt, *Nov. 22. c. 2. l. fin. C. Comm. de Legat. §. 3. de Legat. 3. l.*
8. §. 2. w. de Jure Codic. §. 1 J. de donat. l. 9. §. 2. l. 10. seqq. w. de donat.
int. vir. & ux l. ult. C. de donat. mort. caus. l. 1. C. de SS. Eccl. l. 21. w.
de R. J. Const. p. 2. 15. modò testetur, ut dignum est, *d. novell. &*
secundum leges, quas ignorare nemini permissum est, §. fin. J.
36. *de milit. test.* Nec potest maritus ab intestato heres uxoris ex
 asse

asse fieri, quia de Jure antiquo uxori non, nisi in casu defici-
 entia parentum, liberorum & propinquorum succedebat *l. un.*
C. unde vir & ux. & nisi aliter ipsi provisum fuerit pacto dotali,
 statuto aut consuetudine loci, *Schneidew. ad tit. Inst. de heredit.*
quæ ab intestat. rubr. de success. int. vir. & ux. Dotem in immo- 37.
 bilibus consistentem statim, in mobilibus verò vel se moven-
 tibus, nominibus & juribus incorporalibus intra annum à tem-
 pore mortis computandum *l. un. §. cum v. exactio. C. de rei uxor.*
act. restituere tenebatur l. 4. C. solut. matrim. nisi aliter de
 lucranda dote pactum intervenerit *l. 12. pr. w. de pact. dotal. l. 6.*
l. 7. l. 10. l. 29. C. de pact. aut culpâ mulieris matrimonium dis-
 solutum sit *l. 38. w. sol. matr.* aut uxor interdicta attentaverit
l. 8. §. 5. C. de repud. De jure Romano novo succedit maritus 38.
 tum demum, quando laborat inopiâ, uxor præmoriens verò
 locuples est, *Novell. 53. c. 6. §. ult. & 117. c. 5.* & quidem unâ
 cum liberis communibus alteriusvè matrimonii in quartam, si
 tres sint vel pauciores, si plures, in virilem portionem, *Auth.*
præterea. C. unde vir & uxor. l. 6. C. de secund. nupt. De jure 39.
 verò Saxonico non extante aliquo pacto dotali vel testamento
 maritus omnia mobilia solus lucratur, quæ fuerunt defunctæ
 tempore mortis, *per text. Sandr. lib. 3. artic. 76. vers. Hat aber*
die Frau. Sive sint mobilia sive sese moventia, etiam anima-
 lia pro annuo fructu elocata, *Cöler. decis. 286. n. 31.* sive sint ex-
 pressè nomine dotis illata *l. 9. §. 2. π. de jur. dot.* Sive magis
 custodia mariti quàm dotis causâ tradita *l. 8. C. de pact. conv.*
 Sive stante matrimoniò ab uxore acquisita, etiam pretiosa *Cö-* 40.
ler. d. l. n. 47. item pecunias ex precio rerum soli redactas &
 marito in dotem illatas, quia initium contractus spectandum,
 est *l. 1. §. 30. w. deposit. gloss. in c. dudum. in pr. de elect.* etiamsi
 eas postea in emtionem prædiorum convertat, cum pecunia
 marito sterilis esse non debeat *l. 3. §. 4. w. de contrar. tutel. act.*
 quæ aliàs sine peculio res fragilis est *l. 79. §. 1. w. de legat. 3.* nec
 marito vigilantia sua damnosa esse debeat *l. fin. C. de Alluvion.*
 item fructus industriales pendentes in agris, vineis & hortis, 41.
Sandr. l. 3. art. 76. & l. 2. 58. ut & civiles, quorum dies cessit, *Ber-*
lich. p. 3. concl. 28. seqq. Hæc itaq; mobilia, & quæ plura iis ac- 42.
 censentur

D

26.



- censentur, maritus virtute hujus juris dimissis rebus soli propriâ autoritate retinere potest, quæ supersunt, ære defunctæ alienô prius deductô *l. 39. §. 1. w. de V. S. §. 3. fin. J. ad L. Falcid.* Et priusquam ea omnia accipiat, cedere ex immobilibus non
43. tenetur *addit. ad text. germ. Landr. lib. 1. art. 20. lit. C. in fin.* Nec quæritur de hoc Jure, an maritus sit inops vel non; an matrimonium cum dote extiterit, vel non; *Schneiders. supra alleg. locô.* Nec distinguitur, an defuncta reliquerit liberos primi aut secundi matrimonii, vel heredes ascendentes aut collaterales
44. *Zobel. ad l. 1. artic. 20. lit. C.* Quod tamen suas patitur. Exceptiones, nam si aliter sit pactum, tunc provisio hominis tollit provisionem legis *l. fin. C. de pact. conv. Zobel. d. l. item,* si nulla adsint immobilia, tenetur maritus heredibus uxoris descendentibus ex illis legitimam dare, aut si adsint quidem, at non sufficient, eam supplere *Dd in c. indultum, extra. de R. §. in 6. & l. 8. w. de R. J.*
45. *Immobilia verò non maritus sed liberi vel alii defunctæ conjugis heredes lucrantur Landr. l. 1. art. 31. idq; ex usu & interpretatione juris Saxonici, ex qua cognitio ejus potissimum haurienda, Pistor. Q. civil 21 n. 8. nisi & hîc pactô dotali, consuetudine aut statuto aliud constitutum & introductum sit, & nisi maritus sit inops, defuncta conjux verò locuples, tunc enim illi in certa immobilium parte succedit ex*
46. *Auth. prætereâ. C. unde vir & uxor.* Immobilibus autem annumerantur pecunia hereditaria, fors annuorum reddituum, partes metallicæ, pretium retrovenditionis prædiô post mortem uxoris redemptô, lecti & supellex ad publica diversoria destinata, *ut ea breviter complexus est Georg Schulze in Synops. ad tit. §. de heredit. quæ ab intest. r. r. de success. conjugum, ex Berlich. concl. 30. n. 38.* Nec potest maritus mobilia uxoris prius lucrari, quam uxor vitâ defuncta sit, quia viventis nulla hereditas
47. *l. fin. C. de pact. l. 1. w. de hered. vel act. vend.* Nec maritus prior decedens potest uxori suæ secundas nuptias prohibere, quia *κωλύσις* seu dominatio viri per mortem cessat, ergò & *δέλεια*, non tantum quoad officia conjugalia sed & ipsum conjugii vinculum *Rom. 7, 1. cui concordat Landr. l. 1. art. 45. Wenn der Mann stirbt/ ist das Weib ledig von seinen Rech-*
- ten.*

ten. Ergò lex mariti non est perpetua, sed eò extinctò & hæc
extingvitur, & superstes uxor liberam corporis sui potestatem
recipit, ita ut renubere possit in timore DEI, si continere se ne-
queat *c. fin. 31. q. 1. Novell. 2. c. 3. verb. optimum itaq. est, ne vidua con-*
tra leges luxurietur. Adde quòd hæc prohibitio secundarum
nuptiarum libertati matrimonii, lege divinâ & humanâ, stabili-
tæ è diametro repugnet *Rom. 7. 3. I. Tim. 5. 14. Gen. 25. Deut. 25.*
l. 3. C. de sec. nupt. c. cum secundum Apostolum. 5. Eod. l. 134. w. de
V. O. & propterea conscientiam uxoris relictæ obligare non
possit. Nec obstat, quòd Salic. & Bart. in l. fin. C. de V. S. dicant,
viduam adhuc existere in matrimonio defuncti mariti, quia id
tantum per fictionem juris dicitur, scil. quoad domicilium, fo-
rum & honorem, quæ privilegia vidua inferiori viro renubendo
amittit, *l. 22. §. 1. w. ad Municip. l. 10. C. de sec. nupt. c. ex part.*
de foro compet. l. 13. C. de dignit. Novell. 22. c. 36. Legatum ta-
men sub non-renubendi conditione relictum renubens amit-
tit *l. 1. C. de ind. vid. toll. ut & proprietatem fundi retentò usu-*
fructu, l. 3. C. de sec. nupt. Interim maritus juri suo renunciare
non prohibetur *l. 41. π. de minor. modò non contra leges aut*
bonos mores agat. l. 62. w. de V. O. sive id fiat in odium sive
favorem uxoris. Sic v. g. non potest uxori suæ concedere
licentiam intra anni spatium renubendi *l. 53. §. 3. C. de Episc.*
& Cler. licet ultrà concedere possit. Neque concedere
potest uxori donationem omnium bonorum tam futurorum
quàm præsentium, quoniam ita libera testandi facultas illi
auferretur, cum nihil haberet, de quo testari & ex quo heres
institutus quicquam consequi posset, *arg. pr. I. de L. Falcid.*
Hic subsisto & gratias ago Domino nostro JESU CHRI-
STO, a quo rerum dispositio in orbem terrarum producta
est *l. 1. pr. C. de vet. Jur. enucleand. qui sine tempore à patre*
genitus l. 7. §. 2. C. de Summ. Trinitat. in ultimis diebus inhu-
manatus & in carne crucem pro nobis spontè passus est l. 6.
§. 2. Eod. qui salutem penitus desperatam nobis donavit &
opus redemptionis virtutis suæ divinæ magnitudine consumma-
vit l. 1. §. 2. C. de vet. jur. enucl. cujus innumerabilia circa nos be-
neficia profitemur l. 1. pr. C. de offic. pres. prat. Afr. illi sit
gloria, laus & honor in omnem æternitatem.

48.

49.

50.

51.

52.

Faint, illegible text in a medieval script, likely Latin, covering the majority of the page. The text is arranged in several columns and is significantly faded and difficult to decipher.



Leipzig, Diss., 1660/61

ULB Halle 3
005 021 650



SB

VD77





B.I.G.

Farbkarte #13

URIDICA
TATE
ALL,

2, 2, 5
1559
1660, 6

fu
CONSULTORUM
IS
O
*Nobilissimi, Amplif-
tissimi*
CI ROMANI,
ol. Canonici Martis-
cialis & Facultatis Juri-
æ Patriæ Syndici
is ac Promotoris sui
erandi
i submittit
ltze/ Anhaltinus,
diem 5. Aprilis,
Æ
IANORUM
DC LX.

3 1/2

26.

